



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Valor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

incursione excommunicationis, vide superius in ver: excomm. S. 19.

VALOR.

Primò, valor beneficii expressus in supplicatione, verificandis est de ductis omnibus perpetuis impositis super fructibus ejusdem beneficij, Cas- sad. decis. 19. de prab. Fel: in c. ad aures, de col. 3. de rescrip. immo valorem pa- rochialis non augent oblationes, an- niversaria, & mortuaria, immo nec capellania, cui parochus debet inservi- re, Nav. confi. §. de verb. sign.

Secundò, quando teneatur probare valorem expressum in supplicatione, & Bullis provisus coram executorie Apostolico, an etiam parte non op- ponente, vide superius in ver. executore, §. 2.

Tertiò, circa valorem exprimen- dum, vide Jo. de Selua. tract. benef. 3. p. q. 12, à n. 4. & infiā. Gom: in reg. de ex- pri. val: q. 1, & 8. Cov: lib: 3, c: 13, n: 1, var: Gom: loc: cit: q. 11, & de expectat. n. 104, Staph: in no: for: n. 44.

Quartò, quando expressionis error noceat, vide Sylv. loc. cit. n. 3. ver. iterum circa, nam dat regulam, & si dicetur personaliter in secunda, vel tertia per- sona, ut assiris, vel ut asserit, tunc no- cet falsitas valoris; secus si impersona- liter, ut asseritur, vide ibi.

Quintò, debet exprimi, & probari de tempore provisionis, & non de antiquo tempore. Caputaq. decis. 330, par. 3.

Sextò, quando beneficium non ex- trah. Episc. Pars II.

dit summam ducatorum viginti qua- tuorde Camera, quod facit circiter tri- ginta, seu quadraginta de Regno Nea- politano, non est necessaria valoris ex- pressio, nec si essent plura impetranda beneficia, quæ simul juncta faciant va- lorem quadraginta, tamen nullum il- lorum excedit decem, est necessaria ex- pressio. Gom. loc. cit. Nav. confi. 10, de rescrip. vide Bul. 16, Leo V. Cap. Tolos. quest. 435.

Septimò, in omnibus beneficiis suf- ficit exprimere valorem viginti qua- tuor ducatorum, Reb. in regul. de uno. gl. 7. etiamsi sit valor centum, modò il- lum excedat, & in tertia parte signa. in clau. de augendo, num. 7, &c Gom. in q. tertia de exprim. valo. benefic. quia quan- do exprimitur plusquam viginti qua- tuor solvitur annata: secus vero non: & si erraret aliquantulum in valoris expressione, non ideo subreptitia cen- seri deberet impetratio, cum de jure communi non sit necessarius valor be- neficij, nisi per regulam Cancellariæ. Anchar. confil. 295, n. 13, Clem. 1. de prab. Covar. lib. I, cap. 2c, n. 7. vers. 2. var. re- sol.

VENATIO.

VEnatio prohibita est clericis, quatenus sacris Canonibus con- tradicit, tit. de cler. venat. Clem. I. §. por- rò de stat. mona. sed potest clericus uti venatione, vel causa necessitatis, re- creationis, valetudinis, ut piscari, & ve- nari, modò ne fiat, ut transeat in con- fuetudinem, vel cum scandalo, d. c. I. Nav.